Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31248
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



85

donec sit planato eius et
distincto eius cum circulo
ita ut non ageat nec minu
at similiter facies cum stellis
fixis et planabis eam op
time et scribes super omne
signum ut est in presenti fi
gura et sit caput capri
cornii almuri gradiuum .i.
ostensor gradiuum quam quidam
latinorum ut in quodam libro
diximus calculatorem di
cunt et iam scripsimus su
per eum in figura almuri gra
diuum sitque axis istius tabule
cuspis circuli equinoctii de
diei et iam scripsimus super eum
in figura hac axem. Cum
autem perfecta fuit eius explana
tio atque descriptio tunc perfi
cietur et hec tabula vocatur al
mucantharat .i. aranea et
dicitur rethe ut hec. De inscr
Post hec acci ptione cir
piens tabu culi emis
lam aliam et ipsa est perij etc.
in qua erit circulus emisperij
qui succedunt eum in direc
to eius qui dicuntur almucan
tharat quos latini vocant
progressiones solis et ho
re atque azimuth sitque hec tabu
la maior tabula almucantha

rat per quantitatem limbi et pri
mum oportet facere in hac figura
facies scilicet circulum maiorem
et sit circulus .abcd. et extra
he diametri eius quousque se ab
scindant rectis angulis super .e.
eritque linea .ea. linea medii
celi. et linea .eb. linea occasi
tis et linea .ed. orientis line
a vero .ec. erit linea recessionis
Postea pones .e. cuspidem
et facies circulum cuius dimi
dium diametri sit dimidium
diametri circuli capricorni
quem fecimus in rethi. et est cir
culus .zhtk. deinde facies
super hunc circulum alterum qui sit
equalis circulo rethis prope eum.
Post hec diuides per .eum. per
360. diuisiones et scribes in eo
numerum sicut uides in hac figura
etiam in ea circulum per quem
vadit caput arietis et libre
sicut fecisti in rethi qui est
circulus limus. et circulum
cancri quem circulus .fgqo.
et erit punctus .a. locus al
lidadach que est armilla re
flexa. De inscriptione al
Post hec debes mucante
facere circulum rath.
emisperij et circulos qui suc
cedunt in directo .i. equi